

SCRIPTA

Numéro Scripta : 755

Auteur(s) : Guillaume le Roux, du Quesnay [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1258, février

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vente à l'abbaye d'une rente de deux sous, par Guillaume, dit le Roux, du Quesnay

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CXCVIII, p. 222-223.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod ego Willelmus, dictus Rufus de Kesneto, vendidi dominis meis abbati et conventui de Ulteriori Portu duos solidos annui redditus super totum tenementum meum ad campum et ad villam apud Kesnetum, videlicet super unam masuram meam sitam inter masuram Mathei de Mara et masuram Johannis Anglici, et super unum campum cuius lateri abboutat predicta masura mea et qui adjacet, ex uno sui latere, ad campum Dyonisii Malchevalier et abboutat, ex uno sui termino, ad terram predicti Johannis Anglici et, ex alio, ad campum predicti Mathei de Mara, et super unum campum meum qui adjacet, ex uno sui latere, ad terram Johannis Vavasoris et, ex alio, ad keminum quod ducit de Kesneto apud Heudelimont, et abboutat, ex uno sui termino, ad campum qui fuit quondam Milonis Wigot et, ex alio, ad terram que fuit quondam Rogeri le Messier, pro quindecim solidis turonensium michi pre manibus solutis ; tenendos et habendos dictos duos solidos annui redditus dictis abbati et conventui, et successoribus eorum, et de me et meis heredibus eisdem abbati et conventui, et successoribus eorum, annuatim ad Natale Domini persolvendos, cum quatuor solidis annui redditus quos dictis abbati et conventui prius vendidi super predictum tenementum, et cum duobus caponibus de veteri censu, libere, quiete et pacifice, absque contradictione vel reclamazione de me et heredibus meis de cetero facienda. Hanc autem vendicionem ego, predictus Willelmus, et mei heredes dictis abbati et conventui, et successoribus eorum, contra omnes tenemur garantizare. In cuius rei testimonium, presenti carte sigillum meum apposui. Actum anno Domini M°. CC°. L°. septimo, mense februarii. Testibus hiis : Johanne Tornelievre de Mesnil Soret, Johanne Carin de Mesnilval, Radulfo Anglico de Ulteriori Portu, Willelmo Loiseleor, Johanne Petevin de Ancillemare et pluribus aliis.